



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Symma Practica Theologiae Mysticae

Gelen, Victor

Coloniae Agrippinae, 1652

Approbatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9766

APPORBATIO.

EGO Infrascriptus Ordinis FF. Minorum S. Francisci Capucinorum Prouincia Rhenanae Diffinitor, Custos & Conuentus Colonensis pro tempore Guardianus immeritus, ex ordinatione Adm. Reu. P. P. Innocentij de Calatagerone eiusdem Ordinis Ministri Generalis, quanta potui diligentia, attentione animi, & intentione perlegi hanc summam Mysticam sua praxi & Theoria constantem, & in se omnes principaliores status mysticos ab infimo usque ad supremum consecutuo ordine optimè dispositos, & non minus piè quam doctè explicatos, continentem, à R. P. Victore Treuirensi prefati Ord. Prouincia Rhenanae Ministro Prouinciale compositam. Et non solum nihil in ea fidei Catholicæ & Apost. Rom. bonisue moribus contrarium reperi, verum etiam pijs ac Religiosis mentibus in verâ sinceritate ordinatèque vitam mysticam affectantibus serioque sectantibus, nec non in ea magis ac magis proficere volentibus, mediante frequenti, pia, ac attenta eiusdem Summae Mysticæ lectione ad ordinatam eleuationem animi & spiritus in DEVM eiusque consortium, ex ea speciale lumen internum & auxilium spirituale vel maximè oportunum obuenire & accrescere posse firmiter mihi persuasum habeo. Dat. Coloniae Agrippinae 2. Iunij An. 1645.

F. Lucas Maringius

alias Prouincialis indignus.

APPROBATIO.

EX Commissione A R. P. Generalis nostri, Ordinis Min. S. Francisci Capucinorum, P. Innocentij de Calatagerone, vidi, legi, & relegi librum intitulatum: Summa Præctica Theologia mystica, Authore R. P. Victore Treuirensi eiusdem Ordinis nostri Prouincia Rhenanae Prouinciale; nihilq; in eo nisi optimis moribus orthodoxaq; fidei consonantissimum reperire potui: Quin imò ab omnibus hucusq; desideratissimum in spirituali vita sive practica Theologia mystica consecutuum de statu in statum, ordinem tam clarè, deuotè & eruditè tradentem video, ut sicut Angelici Doctoris S. Thoma nouissimum Scholastico Theologicum volumen, ex Angelica prorsus tum doctrina, tum ordine, ab omnibus Antonomastice pro completa sacra Theologia Scholastica summa suscipitur; Sic cum respectu & proportionaliter, praesens hoc R. P. Victorius Mysto-practicum Theologicum Opus, iure meritissimo Summa practica Theologia Mysticæ Titulum proprium sibi vendicit; utpote quæ sacram & arcanam siue mysticam doctrinam à Sanctis & summis viris sparsim & copiosè hucusque traditam, optimo & ad praxin accommodatissimo ordine, ad suos queq; statu & loca propria, breuiter & quasi sub compendio accuratè & tam perfectè distribuat, ut planè sperandum sit, deuotissimum hoc opus, maximo omnibus (deuotis prefertim, veramq; pietatem sincero corde & oculo spectantibus) emolumento futurum. Dat Coloniae Agrippinae An. 1645: 26. Maij.

F. Bernardus Treuirensis Indignus Capucin. Prouincia Rhenanae Diffinitor, Custos, SS. Theologiae Lector & alias Prouincialis.

) : () : (

Hans